

Relinquitur ergo ut realis [↓] distinctio, [↑] inter personam ^{quae requiritur} et naturam sit distinctio realis minor[↓] inadaequata, nempe, inter subsistens et partem suam non ~~si~~ subsistentem. Aliis verbis, aeternus Patris Filius subsistit, sed natura humana assumpta non subsistit.

Quam tamen distinctionem Patres saec. V non cogitaverunt nisi modo quodam incoherenti. Vide epistolam Cyrilli IIam ad Succensum, ACO I, 1, 6, p. 162, 4 ss; MG 77, 246 A. Cf. DB 219: "intellectu tantummodo"; DB 288: "sola contemplatione." Vide etiam Iustinianum, ~~Confessio rectae fidei~~, MG 86, 1006 et 1011; XI p. 563 s, nn. 52, 54. ~~Initia eiusmodi distinctionis inveniuntur in scholasticismo byzantino saec. VI, ubi inter an-upostatoⁿ et an-upostatoⁿ distinguebantur. Cf. distinctionem inter quod est et quo est quam medio aevo latino transmisit Boethius.~~

2. De difficultate terminologica.

Ubi ipsa res non intelligitur, multo minus haberi potest clara atque exacta terminologia. Quatenus enim actu intelligimus, eatenus concipere possumus; et quatenus actu concipimus, verba exteriora accurate edere possumus.

Sed distinctio realis minor ~~inadaequata~~ non erat nota, uti supra habitum est.

Quare, qui realem distinctionem inter naturas recte omnino vindicabant, iidem divisionem personae in duas personas haud evitare potuerunt.

Et qui realem unitatem personae [↓] recte omnino asserabant, iidem realem naturarum distinctionem post unionem ~~#####~~ coherenter confiteri haud potuerunt.

~~Dices eos potuisse silere, sed ad hoc postea respondebitur.~~

(Li 214, 33; Xi p 113, n. 14); "homo caelestis" (Li 243, 4; Xi 115, 38). Vide Grillmeier, I, 105-108: *Der himmlische Mensch*.

Christus non est nobis consubstantialis secundum ~~an~~ animam (Li 214, 23; Xi 113, 14); non est Deo consubstantialis secundum carnem (Li 213, 19; Xi 113, 13).

Ponit principia circa possibilem unitatem: e duobus perfectis, non fit unum (Greg. Nyss., Antirrheticus, ed. Jaeger, III, 1: 194, 3; 199, 18; 216, 10; MG 45 1212, 1220, 1244; Li 224, 228; Xi 114, nn. 25, 29).

Negat Deum-in-homine, anthrôpon entheon (Li 208, 4; Xi 112, 8); cf. "homo assumptus".

Docet BB. Virginem Dei genetricem (Li XI 198 s; Xi 119, 67).

Quod ex Verbo et carne compositum est, docet esse non duas personas neque duas naturas (Li 178 s; Xi 110, 4) neque duos filios (Li 250 s.; Xi 119, 70), sed unam personam et unam hypostasim (Li 194; Xi 118, 65), unius naturae ex utraque parte compositae (Li 187, 5; Xi 111, 6), unam naturam, unam hypostasim, unam operationem (energeian), unam personam (Li 199, 6; Xi 119, 67), "eundem esse et Filium Dei et Deum secundum spiritum, filium hominis secundum carnem, non ~~incompositum~~ duas naturas esse unum Filium, aliam adorandam et aliam non adorandam, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam et adoratam cum carne sua unica adoratione (Li 250 s; Xi 119, 70; MG 28, 28 A).

Minime tamen oportet exaggerare vim speculativam Apollinaris, cum unionem animae et corporis non ontologice sed magis dynamicè concepissee videtur. Grillmeier, I, 108 ss.

~~Quibus perspectis, elueet unde multae quaestiones nostrae optum sumptis erant.~~

3. De schematibus, Verbum-caro, Homo-Deus.

(a) De notione schematis, vide thesin primam, praenotamina tertium et quartum.

Schema, ^eV~~r~~bum-caro, correspondet schemati scripturistico inverso, quod ab aeterno Filio incipit ut ad vitam eiusdem terrestrem descendat. Deprehenditur ab A. Grillmeier ~~(111)~~ apud Arianos (68-77), S. Athanasium (77-102), Apollinarem (102-120), S. Cyrillum Alex. (164-182). Unde transit ad Eutychem ~~(111)~~ (234-42) et Monophysitas (425-580).

Schema, Homo-Deus, correspondet schemati scripturistico vel prospectivo vel retrospectivo, quod ab homine Iesu incipit ut ad divinitatem ascendat. Deprehenditur apud Eustathium Antiochenum (124-30), Eusebium Emesenum (130-35), Diodorum Tarsensem ((135-44), Theodorum Mopsuestenum (144-55), Nestorium (213, 219-229). Quibus quoddammodo accedunt Theodoretus Cyrensis (181-191), Andreas Samosatenus (191-93), Proclus ep. Constant. (193-95), et Flavianus (195-98).

(b) Schema, Verbum-caro, non dirigit attentionem ad animam, intellectum, voluntatem Christi humanam, sed quam maxime favet unitati reali.

Iam vidimus Arianos et Apollinaristas, qui existentiam animae rationalis in Christo negabant et hominem caelestem Verbum^o et carne compositum praedicabant.

Circa S. Athanasium monet Grillmeier non omnia iam in clara luce esse posita (99). Censet idem S. Athanasium animam Christi humanam agnovisse; quam tamen agnitionem magis ad physicam quam ad theologiam Christi considerationem pertinere;

e) Ps-Athanasius, De Incarnatione adv. Apollinaristam, MG 26, 1094-1166.

6. Contra Apollinaristas Patres traditionale argumentum adaptaverunt, Quod non est assumptum non est sanatum.

~~Generali modo proponitur hoc argumentum ad excludendam fictionem~~

(a) Generali modo proponitur hoc argumentum:

Athanasius, ad Epectitum, 7, ad excludendam fictionem ab Incarnatione, MG 26, 1060, Rouet de Journal (RJ) 794.

Cyrillus Hierosol., Cat. 4, 9: si enim humanae naturae assumptio phantasma fuit, phantasma itidem fuerit salus. MG 33, 465. RJ 817.

Marius Victorinus, Adv. Arium, 3, 3, arguit omnia universalia ~~fuere~~ in Christo fuisse, ML 8, 1101, RJ 906.

Basilius M., Epist. 261: si enim aliud esset quod mortis imperium subiectum erat, aliud quod assumptum a Domino, non desisset mors quae sua sunt operari. MG 32, 969, RJ 928, ubi de adventu in carne agitur.

(b) Ad praesentem quaestionem adaptatur:

Greg. Nazianz., Epist. 101 ad Cledonium, anno 382: Si quis in hominem mente carentem sperat, amens vere est, nec dignus cui salus omnino afferatur. Quod enim assumptum non est, sanari nequit; quod autem Deo unitum est, hoc quoque salvatur. Si dimidia tantum ex parte A_dam lapsus esset, dimidat¹atum quoque esset et assumptum et sanatum; si autem totus peccavit, totus quoque Genito unitur et totus salvatur. MG 37, 181. RJ 1018. Xi p. 200, n. 13.

legerentur quasi Athanasii[†] vel RR. PP. fuissent. At eandem
 ob causam etiam factum est ut Nestorius crederet Cyrillum
 errores Arii et Apollinaris renovare (ACO I, 1, 1, p. 31, 30;
 MG 77, 56 A; cf. Loofs, Nestoriana, Indicem, p. 396), et
 Ioannes Antiochenus alique XLII episcopi, cum Ephesi in sua
 synodo Cyrillum et Menonem ep. Ephesinum deposuerint,
 impietates Apollinaris, Arii, et Eunomii meminerint (ACO I, 1, 5,
 p. 122, 22).

A. Gesta a concilio Ephesi. 22.vi.431.

~~Ar~~

~~Gesta a Concilio Ephesi. 22.vi.431.~~

1. Documenta habentur: Acta Conciliorum Oecumenicorum (ACO), ed. E. Schwartz, Berolini et Lipsiae 1927 ss. ~~IMMENSEM~~

Remittimus ad paginas tomi primi, voluminis primi, partis secundae.

Excerpta apud Xiberta, Enchir., pp. 359-361. Descriptio apud Grillmeier, I, pp. 160-164.

2. Notandum est concilium symbolum fidei non emisisse, sed secundum symbolum Nicaenum inter S. Cyrillum et Nestorium iudicasse, modo sequenti:

- (a) Lectum est symbolum Nicaenum (ACO, p. 12).
- (b) Lecta est epistola IVa Cyrilli, ad Nestorium IIa (p. 13).
- (c) A Patribus quaesivit Cyrillus utrum haec sua epistola symbolo Nicaeno fuerit conformis (p. 13).

(d) Episcopi 125 singillatim, deinde caeteri simul uti videtur, affirmant epistolam Cyrilli conformem symbolo Nicaeno; (pp. 13-31).

(e) Lecta est epistola Va Nestorii, ad Cyrillum IIa (p. 31).

(f) A synodo quaesivit Cyrillus utrum haec epistola fuerit conformis symbolo Nicaeno; (p. 31).

(g) Episcopi 35 singillatim respondent et negant; deinde caeteri contra Nestorium conclamant; (pp. 31-35).

~~(h) Lectae sunt epistolae Caelestini R. P. ad Nestorium, Cyrilli ad Nestorium III (quae anathematismos, DB 113-124, continet), et depositae sunt illae in actis (prattomensis) haec in~~

(h) Lecta est epistola Caelestini R. P. ad Nestorium (ACO I, 1, P. 1, pp. 77-83) et deposita est in actis (p. 36). *Excerpta, Xi 356 ss.*

4. Quemadmodum Ioannes Logon conceperit.

a) In principio.

Cf. Gen 1, 1, ubi ^{tamen} statim de creatione narratur; Ioannes creationem ad v. 3 remittit.

b) Apud Deum, *pros tou theou.*

1, 18: Unigenitus Filius (Deus) qui est in sinu Patris.

1, 14: gloriam quasi Unigeniti a Patre. 17, 5: claritate quam habui prius quam mundus esset apud te (para soi). 17, 24: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. 5, 26: sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso.

1 Io 1, 2: adnuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem (*pros ton patera*) et apparuit nobis.

c) Deus.

Quod exacte distingues contra Apoc 19, 13: et vocatur nomen ~~est~~ eius Verbum Dei ('o logos tou theou).

Aliud est Verbum-Deus, et aliud est Verbum-Dei. Hoc *dici potest* ~~dicitur~~ de scriptura, de revelatione, de verbo Dei scripto et tradito, de verbo vel creativo vel prophetico. Illud dicitur de Filio Unigenito qui claritate Patris fulget et dilectione Patris gaudet.

~~theos, non o theos.~~

~~Ubi obicit solet Ioannem distinguere inter Deum proprie dictum, Patrem, et ~~est~~ Deum improprie dictum, ~~est~~ Logon.~~

~~Et adducitur Philo (Alex., De somn. I, 229 s.~~

~~Respondetur Ioannem emississe articulum secundum regulam generalem de nomine praedicato~~

d) Hoc erat in principio apud Deum.
 Repetitur ^{Ioannes} quod iam ^{dixit,} est ^{ar} dictum, forte ut separaret quae
 dixisset a statim dicendis. Unde convenienter notantur
 quae intercedunt inter Logon Ioannis et verbum vel propheticum
 vel creativum.

Verbum propheticum: et factum est (egeneto) verbum
 Domini ad (pros) Ezechielem...

Ubi triplex differentia deprehenditur. Logos Ioannis
 non factus est (egeneto) sed erat (ên). Deinde, Logos non est
 Domini vel Dei sed Deus. Tertio, aliter et aliter dicitur
 praepositio, pros: in verbo prophético agitur de locutione
 facta alicui, de inspiratione ei data; sed Logos Ioannis
 non est locutio facta ad Deum, inspiratio Deo data; est apud
 Deum, sicut vita aeterna est apud ~~DEUM~~ ^{patrem} Patrem, pros ton patera (1 Io 1, 2), sicut Unigenitus Filius
 (vel Deus) est in sinu Patris (Io 1, 18).

Verbum creativum: verbo Domini caeli firmati sunt, Ps 32, 6.
 Ubi "verbum" est metaphora anthropomorphica.

Philo modo spirituali concepit ^{quoddam} ~~verbum~~ verbum creativum,
 nempe, ~~de~~ ^{de} idea mundi in mente Dei creantis mundum; et convenienter
 quidem cum de interpretatione libri Geneseos agebatur (De opif.
 mundi, 24 s.). Sed aliud est interpretari ⁱ librum Geneseos,
 et aliud interpretari prologum Ioannis. Sane apud Ioannem
 Logos interfuit creationi (v. 3); sed alia et priora etiam
 de eo dicuntur (Io 17, 5.24; 5, 26; 1, 1.2 collatis 1, 18 et
 1 Io 1, 2).

ε) Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est.

Sic textus receptus: alii periodum ponunt post "nihil", ut ad sequentia coniungant "quod factum est." De quibus vide exegetas.

Cf. 1, 10: et mundus per ipsum factus est. 1 Cor 8, 6; Col 1, 17; Heb 1, 2; quibus in locis eadem est doctrina.

Sequitur Logon non esse factum, non esse creaturam, si quidem sine ipso factum est nihil.

Sed sensu singulari tum in reliquo NT tum maxime apud Ioannem dicitur Filius, Filius Unigenitus. Unde conc. Nicaenum: natus non factus, DB 54.

Notate v. 13, ubi textus receptus habet "qui.. ex Deo nati sunt," ab aliquibus legi "qui.. ex Deo natus est, generatus est, egennêthê." Et ita P. Mollat in Bible de Jérusalem.

ζ) In ipso vita erat.

Supponendo textum receptum, in primis notatur Io 5, 26: Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso. 1 Io 1, 2: et adnuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem et apparuit nobis. 1 Io 4, 9: In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per illum. 1 Io 5, 11 s: .. vitam aeternam dedit nobis Deus. Et haec vita in Filio eius est. Qui habet Filium, habet vitam; qui Filium non habet, vitam non habet.

Cf. ^{de vita,} Io 3, 15.36; 4, 14.36; 5, 24.29.39.40; 6, 27.35.40. ~~SIXXX~~
47.48.51.53.63; 8, 12; 10, 10.28; 11, 25; 12, 25.50; 14, 6; 17, 2.3;
20, 31; 1 Io 1, 1.2; 2, 25; 3, 14.15; 5, 11.12.13.16.20.

g) et vita erat lux hominum.

Cf. 1, 9: Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Notate textum graecum verti posse: Erat lux vera... veniens vel ventura in hunc mundum.

Cf. 1 Io 1, 5: Deus lux est, et tenebrae in eo non sunt ullae; 1 Io 2, 8: tenebrae transierunt, et verum lumen iam lucet. Eph 5, 14: Surge qui dormis... et illuminabit te Christus. 2 Cor 4, 6; 1 Tim 6, 16.

Cf. Io 8, 12: Ego sum lux mundi (cf. 12, 46): qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Notate inversionem: ubi 1, 4 ponit vitam esse lucem, 8, 12 ponit lucem esse lumen vitae.

Hic cum posteris theologis distinguere potest duplicem illuminationem: aliam naturalem (illuminat omnem hominem); aliam gratis datam (Io 6, 46: Nemo potest venire ad me nisi Pater, qui misit me, traxerit eum).

In quantum agnoscitur illuminatio naturalis, doctrina Ioannis de Logos et tangit doctrinam Stoicorum et ab eadem differt: tangit, in quantum Stoici agnoverunt logon singulis hominibus immanentem; differt, in quantum Logos apud Ioannem est fons et origo illius illuminationis quae in singulis hominibus est.

h) et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt.

Cf. 1, 10.11; 12, 37-43.

Notate duplicem nexum a Ioanne positum: (1) inter lucem et facere veritatem, facere bona opera; (2) inter tenebras et facere mala opera. Io 3, 19-21; 1 Io 1, 7; 2, 8. Cf. Io 11, 9s; 12, 35s.

1 Jo 4, 12;

k) Deum nemo vidit unquam (cf. Io 8, 46; 1 Tim 6, 16): unigenitus Filius (Deus) qui est in sinu Patris ipse enarravit.

Si distingues narratorem et narrationes, etiam habes distinctionem inter Logon, prout quater in Prologo dicitur, et logon, prout in reliquo evangelio ponitur.

In reliquo enim evangelio, logos significat:

(1) verba: 19, 13: Pilatus autem cum audisset hos sermones
(~~logon~~ (logôn));

(2) sententia, proverbium, sermo, testimonium: 2, 22: et crediderunt scripturae et sermoni (logô) quem dixit Iesus (cf. 2, 19); 4, 39: crediderunt... propter verbum (logon) mulieris testimonium perhibentis; 4, 47: .. verbum verum (logos alêthinos), quia alius est qui seminat, et alius est qui metit. Cf. 12, 38; 15, 25.

(3) doctrina, praecepta; sensus collectivus verborum *sub* (2): ~~sensu secundo~~: 5, 24: qui verbum meum audit et credit ei qui misit me, habet vitam aeternam; 15, 3: iam vos mundi estis propter sermonem (logon) quem dixi vobis; per tota capita 14 et 15, idem est servare verbum (logon), servare verba (logous), servare mandata (entelas). Opponuntur lalia et logos, 8, 43; phônê et logos, 5, 37 s.

(4) ipsa veritas divina sermonibus revelata: 14, 24: Et sermonem (logon) quem audistis non est meus sed eius qui misit me Patris; 17, 14: Ego dedi eis sermonem (logon) tuum (cf. 17, 8, ubi idem dicitur circa ^hrêmata); 17, 17: sermo tuus veritas est ('o logos 'o sos alêtheia est^v).

Iam vero sicut "sermo tuus veritas est", ita etiam habetur: 14, 6: Ego sum via, veritas et vita; nemo venit ad Patrem nisi per me.

5. Logos apud Ioannem: summarium.

Logos erat in principio, apud Deum, Deus, Unigenitus Filius in sinu Patris, cum gloria Patris, vita et lux.

Logos est principium (1) per quod omnia facta sunt, (2) quod illuminat omnem hominem, (3) quod dat potestatem filios Dei fieri, (4) quod caro factum est, (5) ex cuius plenitudine gratiae et veritatis $\frac{1}{2}$ omnes accepimus, (6) quod enarravit logon qui est revelata veritas Patris.

Quia subsistit tum ut Deus tum ut homo, differt a non subsistentibus, ideoque differt a metaphorico verbo creativo, a personificato verbo Dei, a personificata sapientia, ab idea mundi a Deo cogitata (logos Philonis).

Per ipsum omnia facta sunt, et ideo differt a factis, e.g., a Lege speculationis rabbinicae quae facta est ante constitutionem mundi (secundum Ioannem data est per Moysin), a logôï Stoicorum quae est intelligibilitas rebus factis immanens. Ipsa lux est quae ~~ipsum~~ illuminat omnem hominem, et ideo comparatur ad logon singulis hominibus immanentem sicut causa ad effectum.

Ipsa dat et mittit Spiritum sanctum (Io 14, 16.26; 15, 26; 16, 13-15), et ideo differt a verbo prophetico quod ex Spiritu ^{accepto} sancto a prophetis nuntiatur.

Ipsa enarravit, et ideo differt a verbo evangelico, sicut narrans a narrationibus.

Quantum autem attinet sensum graecum et hellenisticum, Logos Ioannis comparatur ad sensum fundamentalem, sicut comparatur ad verbum evangelicum; comparatur ad sensum culturalem, sicut ~~in~~ veritas dicens (14, 6) vel veritatis plenitudo (1, 14) ad veritatem dictam; comparatur ad sensum metaphysicum Stoicorum

architectum iubet excogitare quemadmodum moenia, viae, aedes, fora disponi et ordinari debeant, ita etiam Deus, universum creaturus, ~~non~~ mundum intelligibilium seu platonium quemdam idearum locum cogitavit. Cf. Sum theol I, q 15 a 2.

5. Quare, o logos tou theou est mundus intelligibilis a Deo iam in actu creati cogitatus. De ^d opif. mundi, 24.

Unde et dicitur divina imago (theia eikôn) et archetypicum sigillum (arkhetupos sphragis). Ibid. 25.

Ad quam imaginem comparatur mundus ~~et~~ aspectabilis (kosmos aisthêtos) tamquam imaginis imago (eikonos eikôn). Ibid.

Et hoc dogma non suum dicit Philo sed Moysis, qui posuit hominem creatum ad imaginem Dei, Gen 1, 26 s. Iam vero si homo est ad imaginem Dei, a pari totum universum est ad maiorem quamdam imaginem. Ibid.

6. Unde et distinxit hominem caelestem, Dei imaginem, immaterialem, incorruptibilem, neque marem neque feminam, de quo Gen 1, 26 s., et hominem ex quo sumus, de quo Gen 2, 7. Leg. alleg. I, 31 ss. De opif. mundi 69 et 134.

Homo caelestis est logos tou aidiou. De conf. 41. Comparatur ad patrem omnium ut filius primogenitus (prôtogonos) et natu maximus (presbutatos), De conf. 62, 63. Dicitur etiam verus homo, 'o pros alêtheian anthrôpos, et mens purissima, vous katharôtatos, De fuga, 71. Cum autem nos mentem habeamus, etiam nominat Philo verum in nobis hominem, anthrôpon, scilicet mentem, ton en êmin pros alêtheian anthrôpon, toutesti ton noun, De plantat. 42.